

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: Udrag fra In librum ... [Dedikation af Astronomiæ I...]

Citation: Brahe, Tycho: "Tychonis Brahe Dani opera omnia", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer , 1913-29, s. 211. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho09tom-shoot-idm139660972088704/facsimile.pdf> (tilgået 19. april 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia

Hi valeant, meritisque fuis quæ digna reportent,
 Vindicis ut statuent Jura verenda Dei.
 Salve Ranzóum venerande Henrice propago,
 Uraniam primus qui capis hospitio.
 5 Hic ubi vicinas Hamburgi mœnibus amplis
 Wandelsburga novas Arx habet alta domos,
 Quas sibi construxit memoratus is optimus Heros.
 Octo gerens vitæ luftra peracta fuæ.
 Det Deus Afriferi fapiens moderator Olympi,
 10 Nos hac utiliter forte locoque frui.
 Ipfius ut cunctis pateant miracula Terris,
 Æthere in abftrufo quæ latuère diu.
 Quin tua Ranzovi, donec sibi fidera cœlum
 Vendicat, hofpitij fama fuperfes crit.

15 Hoc carmen cum modernus Rex Daniæ forte fortunâ in quodam libro
 Domini Henrici Ranzovij, bonæ memoriæ, ipfum Haderſleviæ in Holfatia
 ex inopinato invifens reperiffet, jacente nimirum in menſâ libro, quem Ca-
 lendarium Ranzovianum vocant, cui annexum erat: viſo titulo Elegiæ, meo-
 que ſubſcripto nomine, ei perlegendo multum immoratus eſt, tandemque
 20 complicato libro diſceſſit et ſubſcivit, quæcunque legerat diſſimulans. Quod
 cum ad me referri curafſet Dominus Ranzovius, veritus ne ægre ferrem, Regi
 in manus per incuriam ſuorum miniſtrorum (quibus eâ de cauſa ſuccenſe-
 bat) perveniſſe, reſpondi: Tantum abeſt ut hoc moleſte accipiam, ut potius
 paratus ſim Regi exemplum dare, ſi voluerit: neminem enim in Dania eſſe, qui
 25 hæc ſeſe ſic habere jure negare poſſit, imo his longe graviora vera eſſe etc.

[E P. J. Reſenii *Inſcriptionibus Hafnienſibus* (Havniæ 1668) p. 335 ſq.]

SUB PYRAMIDE TEGUMENTO QUODAM
COOPERTA.

Stans tegor in folido, ventus fremat, ignis et unda.

30 Vandesbechí An. MDXCVII, quo poſt diutinum in patria
exilium demum priſtinæ libertati reſtitutus fui.

TYCHO BRAHE OT.

[E códice Vindobonenſi lat. 10686⁴; cf. exempla exſtantia *Mechanicorum*]

11* IN LIBRUM TYCHONIS BRAHEI DE MECHANICIS
35 ASTRONOMIÆ.

ACCIPE clementi, Cæſar Germanice, vultu
 Organa fideréas apta notare vias.
 His ter ſeptenos luſtravimus Aftra per Annos,
 Suſtinuit tantum donec Huenna decus.

27*

Aff